

laupis sua vel odia vel gratiam servatus. Unde notetur prophetam  
 dixit: mortificabam animas, quae non vivunt. Postremo an-  
 tem nec illud oblivioni tradendum, quod doctor gentium redarguens ait: qui  
 ergo alium doces, te ipsum non doces; qui praedicat non furandum  
 furaris; qui dicit non mecum mecharis; qui abominarios idola  
 sacrificium facis. et dominus in evangelio: Audite, cura te ipsum.

16. De eo quod scriptum est: Omnia quae dixerunt vobis, servate et  
 facite. Inf. Ubi est ergo illud evangelicum: Super cathedras Moysi sedemus  
 scribae et pharisei: omnia quae dixerunt vobis, servate et facite. Def.  
 Omnia hoc loco solummodo in bonam partem accipienda sunt. Alioquin  
 Judaei, qui scribarum et Phariseorum consilio et obatu Dominum cruci-  
 fixerunt, immunes a tanto scelere esse deberant. Sed quam graves  
 et qui dixerunt et qui scripserunt fecerunt, peccaverunt, et scriptura  
 testatur et posteris eorum usque ad mundum finem proelatur. Ergo  
 quod omne non semper ad totum, sed plerumque ad maximam partem  
 referatur, testis est Hieronimus, ubi ad Damasum de fugi et luxu-  
 rioso filio disputat.

17. Quod ad <sup>61</sup>servandum nullius potestatis <sup>62</sup>resistendum. Inf.  
 Cum aliis potestatibus resistendum non sit, eo quod non sit potestas nisi  
 a Deo, et qui resistit potestati, ordinationi resistit, apostolice pote-  
 stati, quae prevaldabit omnes humanas potestates excellit, in omnibus, quae  
 iubet, resistendum non est. Def. Omni humane potestati subditi  
 esse debemus, et quaecumque apostolice, sed utique non in illis, quae  
 christiana lex abominatur ac prohibet et Deo inimica esse mon-  
 stratur. Cui dicit propheta: Quoniam non volens Deus iniquitatem  
 facies, odisti domine omnes qui operantur iniquitatem usque mendaciam.  
 Et ipse Dominus ad Hieremiam si separaveris inquit, preciosum a  
 viti, quasi os meum eris.

<sup>61</sup>a cor 1.

<sup>62</sup>potestatis aut

<sup>63</sup>monstratur 1.